



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput III. de Missis in honorem Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „immolatur, qui in Ara Crucis seme
 A.C. 1562. „seipsum cruento obtulit; docet sancta
 „Synodus, sacrificium istud vere propi-
 „tatorium esse, per ipsumque fieri, ut
 „si cum vero corde, & recta fide, cum
 „metu, & reverentia contriti, ac poeni-
 „tentes ad Deum accedamus, misericor-
 „diam consequamur, & gratiam inve-
 „niamus in auxilio opportuno. Huius
 „quippe oblatione placatus Dominus,
 „gratiam, & donum poenitentiae con-
 „cedens, crimina, & peccata etiam in-
 „gentia dimittit: una enim eademque
 „est hostia, idem nunc offerens Sacer-
 „dotum ministerio, qui se ipsum tunc
 „in cruce obtulit, sola offerendi ratione
 „diversa. Cujus quidem oblationis,
 „cruentæ inquam, fructus per hanc in-
 „cruentam uberrime percipiuntur: tan-
 „tum abest, ut illi per hanc quovis mo-
 „do derogetur: quare non solum pro
 „fidelium vivorum peccatis, poenis, sa-
 „tisfactionibus, & aliis necessitatibus;
 „sed & pro defunctis in Christo, non-
 „dum ad plenum purgatis, rite, juxta
 „Apostolorum traditionem, offertur.

CAPUT III.

De Missis in honorem Sanctorum.

Et quamvis in honorem, & memoriam
 „Sanctorum nonnullas interdum
 „Missas Ecclesia celebrare consueve-
 „rit,

rit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos cononavit. Unde nec Sacerdos dicere solet; offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victorius gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

CAPUT IV.

De Canone Missæ.

Et cum sancta sancte administrari conveniat, sitque hoc omnium sanctissimum Sacrificium: Ecclesia Catholica, ut digne, reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante sæculis constituit; intacta ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem quamdam reddoleat, mentesque offerentium in Deum erigat: id enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

CAPUT V.

De solemmibus Missæ Sacrificii cæremonis.

Cum-